Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



DANIEL

meli balthasar et anane sidrach
misahel misach et azarie abde
nago. Proposuit autem aut da
niel in corde suo ne polluerentur
de mensa domini regis neq; de
uino eius. Et rogauit eunuchorũ
prepositum ne contaminaretur
Dedit autem daniel deus gratiam
et misericordiam in conspectu
principis eunuchorum et ait prin
ceps eunuchorum ad danielem
Timeo ego dominũ meũ regem
qui constituit uobis cibum potũ
Quid si uiderit uultus uestros ma
leuidores pre ceteris adolescen
tibus coetaneis uestris condempna
bitis caput meum regi. Et dixit
daniel ad malasar quem constitu
erat princeps eunuchorum super
danielem ananiam misahelem
et azariam. Tempta nos obse
cro seruos tuos diebus decem et
dentur nobis legumina ad uescen
dum et aqua ad bibendum et con
templare uultus nostros et multut
pidem qui uescuntur cibo regio
et sicut uideris sic fames cum ser
uis tuis. Quo audito sermone
hunc secundi temptauit eos diebus
decem. post dies autem decem
apparuerunt multo eorum meli
ores et corpulentiores pre omnibus
pueris qui uescebantur cibo re
gio. Porro malasar tollebat cibaria
et uinum potum eorum dabat
eis legumina. pueris autem
his dedit deus scientiam et disci
plinam in omni libro et sapientia.
Daniel autem intelligentiam om
nium uisionum et somniorum.
Completis igitur diebus post quos
dixerat rex ut introducerentur in
troduxit eos princeps eunuchorũ
in conspectu nabuchodonosor regis
Cumque locutus fuisset eis rex non
sunt inuenti de omnibus tales ut da
niel ananias misahel et azarias et
steterunt in conspectu regis et fuerunt
uerbum sapientiae et intellectus et
salsitatis est ab eis rex inuenit in
eis decuplum super cunctos aru
spices et magos qui erant in omni regno
eius. Fuit autem daniel usque ad
annum primum cyri regis.

In anno secundo II.
regni nabuchodonosor regis uidit
somnium ipse nabuchodonosor rex
et contritus est spiritus eius et som
nium eius fugit ab eo. Precepit ergo
rex ut conuocarentur aruspices et magi
et malefici et chaldei ut indicarent
regi somnia sua. Quibus cum uenis
sent steterunt coram rege et dixit
ad eos rex. Vidi somnium et mente
confusus ignoro quid uiderim. Loq
ti sunt chaldei regi syriace. O
rex in sempiternum uiue. Dic som
nium seruis tuis et interpretatio
nem eius indicabimus. Et respon
dens rex ait chaldeis. Seruo rerum
fit a me. Si indicauitis mihi som
nium et coniectura eius peribitis
uos et domus uestre publicabitur.
Si autem somnium et coniectura eius
narrauitis mihi. premia et dona
et honorem multum accipietis a me.